

culatio fuit, & modica quies. Ivit Sergius Pontifex ad Monasterium B. Virginis Mariæ, quæ vocatur Colmedim. Post Missam celebratam. prostravit se ante Altarium B. Nicolai orans diutissimè, & lacrymas fundens, quæ apparent usque in præsentem diem.

CAPUT QUARTUM.

Pontifex Ravennam venit. Clerus in eum infanda machinatur. Wiliaris Diaconi sanius consilium. Plura Pontifex asportat. Sergius uti Exarchus regioni imminet. In Pontificem rei Romam abducti. Alia ad Sergium spectantia. Alqua desunt. Omnia cautè legenda.

EO namque tempore exiens Stephanus (1) Papa Romanus Româ, Franciæ arripuit iter, properans hinc Ravennam, infra Episcopium ejus applicitus est. Scientes autem, & videntes Sacerdotes, quòd ipse scrutaretur Gazas, atque omnes opes Ecclesiæ deglutire deberet, erant inter eos incommoda verba. Alii dicebant, suffocemus eum; alii, non: ferventur Ecclesiæ fortunæ. Erant dispares voces in vulgo. Tunc Leo Diaconus, & ipsius Domini Vicedominus Sacerdotibus dixit: cum cœperit depopulare omnia (2) quasi aliquid ad ostendendum ei, & præcipitemus eum, ut demersus in profundum aquæ nunquam compareat. Hoc erat inter eos consilium, & verba incommoda. ut (3) commoda agebantur, ut (4) conclusa; alii cum quasi facta fuissent, remotionem criminis meditabantur. Audiens hoc Wiliaris Archidiaconus istius Sedis Ravennæ de Monasterio S. Bartholomæi, qui illo tempore ibidem sisebat Abba, ubi Deo favente, post ipsum. quartus ego sum modò, ad Episcopium Ecclesiæ cum summa velocitate occurrit, & vidit omnes Sacerdotes in talibus machinamentis fermocinationum sistere, & diversa inter se consilia volvere, agnosceus suum in contraria cœptum, complois manibus contra eos vocem misit; O quanta infania fratres, si ista meditati estis! dirimere Pontificem? Non æqua consilia in pectoribus vestris gestatis. Adquiescite mihi, ut Papa honorificè hinc abcedat, manuq; vestras servate innoxias, & sacramentum Præsulis nostri servemus illæsum. Cum incumbere cœperit atra nox, & Romanorum cum fuerint corpora ex dapibus, & lucidissimo lyæo plena, prima quies, quasi

A sepulti jacent; cuncta atrii lychnia extinguantur, ne illis flammæ candelarum nocte solatia præsentent, & quod possumus occultè abdicare, omnia impussellentur, (5) ignorante Pontifice nostro. Apertis locis divitiarum, quas Papa Romanus invenerit, tollat. Placuitque omnibus hoc consilium, & decreverunt, quia hæc Wiliaris melior est, quàm caterorum sententia prolata mente (6) ingressi Sacerdotes infra singula loca Gazarum, absconderunt quantum valuerunt. Intempestivo verò noctis venit prædictus Papa Stephanus. (7) Allatæ sunt antea omnes claves à Vestiaris Ecclesiæ, & referata sunt ei omnia ostia. Abstulit reliquias, quas non potuerunt sic citius occultare, ex auro (8) balantias novem, vascula argentea plurima, & coclearia argentea tractoria, quaternaria una, & diversas alias aureas, & argenteas species, & sic in Franciam perrexit, unam (9) verò cum Cloaribus Romam transmisit. Tunc cognitum Ravennensibus civibus, postquam Papa egressus est, depopulationem Ecclesiæ, voluerunt prosequi Plaustrum, quod argentum vegebat, (10) sed timidi, vehiculatores in Ariminum delati sunt, & Ravvenenses ad suam reversi sunt civitatem. Igitur judicavit iste à sinibus Perticæ totam Pentapolim, & usque ad Tuscaniam, & usque ad mensam Waliani, veluti Exarchus, sic omnia disponebat, ut soliti sunt modò Romani facere. Reverfus verò Papa Stephanus (11) ex Francia Romam, inito antea cum Archiepiscopo consilio per nimia blandimenta, & pacificas epistolas ad aliquantos Nobiles Ravvenenses Judices misit orantes, (12) ut Romam pergerent illi, qui in necem Pontificis confenserant. Inter quos etiam avus patris mei fuit, & tandiu Romæ sunt coarctati, quousque omnes ibi mortui sunt. Et post hæc conjunxit fœdus Pontifex cum Veneticis, ut ne deterius quid ei contingeret, & postmodum eveniret, quia sefellit cum Langobardorum Rex, & ultra non fuit credulus illi, & distributâ pecuniâ juvenibus (13) VII. balantias per nobilissimos viros aurum expendit. Edificavit iste Cellam B. Apollenaris de parte virorum, ubi & Monachos statuit, & reliquit ibidem multas possessiones. (14)

- (1) Paulus. Bacch.
- (2) vocemus eum occulte. Mur.
- (3) &. Mur.
- (4) &. Mur.
- (5) in cryptis celentur. Mur.
- (6) Et. Mur.
- (7) Paulus. Bacch.
- (8) plenas. Mur.
- (9) unam. Mur.
- (10) vegebat. Mur.
- (11) Paulus. Bacch.
- (12) hortantes. Mur.
- (13) forte juvenibus. Bacch.

(14) Hæc in margine adnotantur.
De Sergio Archiepiscopo taliter invenio de ejus morte.
His vero peractis contigit post aliquantum tempus de hac vita migrasset Beatus Stephanus Papa Sergium Archiepiscopum Ravennatensem, & continuo surgens Michielius Scribarius istius Ecclesiæ, qui nullo Sacerdotum fangebatur honore, profectus Ariminum ad Mauritianum Ducem Arimnensem, & congregans ipse nequissimus Mauritianus exercitum una cum presidio Regis Langobardorum properavit. & ingressus Raven-

OB-
nam, & brachio fortis elegit Michielium prædictum, & in Episcopio Ravennatis Ecclesiæ introduxit, & Leonem Archidiaconum, qui electus erat in Episcopio, Ariminum deportans, ibique in arca custodia idem Mauritius detineri fecit. Sicque prædictus Leo in Monasterio S. Agathe deductus ibidem per triduum ob dolorem oculorum suorum effoditionem vitam finivit. Sergius vero in Monasterio Clivo Scauri deportatus est, & postmodum in Lateranis deductus illic usque ad transitum prædicti Pontificis exiit. Quia prima noctis hora veniens Calventinus Cubicularius cum Rustione Presbytero, & Leonatio Tribuno habitatoribus Civitatis Anagnina, ipse eundem Sergium abstulit vivente Domino Stephano Papa ante octo dies, quam de hac luce migrasset, & præfatis Campaninis illum tradidit ex præcepto sibi factò a Paulo Cubiculario cognominato Africa, alias Arsiaca, & Gregorio defensore Regionario, & Johanne Duce germano Domini Stephani Papæ, atque Calvillo Cubiculario sibi hoc fuisse præceptum; & illis præceptum fuisse prænominarum Sergium ad tollendum, ac interficiendum. Protinus direxit Campaninis videlicet Anagninis suos fidelissimos ministros, & interfecto sepeliterant dictum Sergium cum fune gutturi ejus confixio, atque ictibus corpus ejus vulneratum. Et hoc fuisse de Sergio Archiepiscopo Ravennate.